

tuit agnitio, crepidines quasi & cancellos figit, quibus coerciti, nec peccatis contra conscientiam frena laxent liberiùs, neque obduratis cordibus Spiritui sancto resistant petulantius.

5. Placet autem καὶ ἄργον sive remotionem falsarum de hac blasphemia opinionum, ad Θεῶν sive investigationem veræ sententiæ paulatim progredi.

PARS I. ΑΝΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

6. Initiò ergò sese offert Origenes, ipsumq; se- I. Origenes. cuti alij, qui peccatum in Spiritum sanctum defini- nierunt esse, quodcunque grave, enorme ac ἀνα- πολόγητον delictum, post baptismum commis- sum. Orig. in cap. 12. Matth.

7. Quam opinionem postea sub annum Christi 253. Novatiani postliminiò quasi in Ecclesiam Novatia- reduxerunt, affirmantes, μετὰ τὸ λῆττον μη- ni. κέτι δύνασθαι ἐλεείσθαι τὸν πεπρωκότα, ut Epi- phanius loquitur, post lavacrum regenerationis misericordiam amplius consequi non posse eum, qui lapsus fuerit; propterea quòd omnes Christi- anorum lapsus, peccata sint in Spiritum sanctum, teste D. Hieronymo in epist. ad Marcellam.

8. Atqui verò hac stante sententia, neque Pro- pheta Nathan Davidi, homicidæ simul & adul- tero, remissionē peccatorū annunciare. 2. Sam. 12, 13. neque Apostolus incestuosum illum Corinthium resi-